



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

2608. Lehnbrief Königs Siegmunds von Polen für den Kurfürsten Joachim
II. über das Herzogthum Preußen, vom 4. März 1563.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56621](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56621)

2607. Kurfürst Joachim II. nimmt die Kleinodien des Erzbistums Magdeburg in Verwahrjam, am 24. September 1561.

— Wihr Joachim, Marggrafe zu Brandenburgk — Bekennen — Dem nach — Dechant, Senior vnd gantze Capitel — zu Magdeburgk wegen der gefehrlichen vnd geschwinden leuffte vnns etliche Kirchenkleinodia, Nemlich das heubt S. Mauritii, jnn einem stein, Achates genandt, liegende, Welcher jnn Cronengolt gefasset, auch eine goldene Crohne vnd kreutz vmb vnd vber den kopff hatt, sonst aber ist die Inwendige vnd oberchale vber den kopff, desgleichen der fufs von vnden auff bis an den goldenen knopff vnder dem Achate silbern vnd vergoldet; an welchem allenthalben viel edler gesteine, jnsonderheit aber an der Crohne zwehne gahr grosse vnd schone Saphier vorsetzt seinn, Desgleichen noch ein ziemlich gros Creutz von Ungarischem golde, mit edlen gesteinen, darunter ein schoner grosser Saphier, besetzt Vnd jnnwendig ein hultzerne Creutz de ligno s. crucis dareinn vorfasset, zu getreuen handen zu vorwarunge gethan. — Als — geloben wihr — folche Cleinodia zu welcher Zeit sie dieselbigen wiederumb von vnns abfordern werden, ohne allen vertzugk oder einrede willklich wiederumb wollen vberantworten. — Gegebenn — Mitwochs nach Mauritii — Im funffzehnhunderten vnd jm einvndsechzigsten Jhare.

Joachim, Churfurst.

Nach dem Original des K. Geh. Staats- und Kabinet-Archives N. 491.

2608. Lehnbrief Königs Siegmunds von Polen für den Kurfürsten Joachim II. über das Herzogthum Preußen, vom 4. März 1563.

Sigismundus Augustus, D. G. Rex Poloniae etc. — Quia cum illustriss. Princeps Dn. Joachimus, D. G. Marchio Brandeburgensis, S. Rom. Imperii Archi-Camerarius et Elector etc., affinis noster carissimus, superiori tempore a nobis per legatos petiisset, ut suam Celsitudinem cum masculis heredibus, ad Successionem Feudi Ducatus in Prussia, benigne admitteremus Nosque illius Celsitudini huiusmodi responsum dedissemus, nihil unquam magis in votis fuisse, quam ut suae Celsitudini in omnibus, quoad recte fieri posset, gratificaremur, idque iam tum temporis praestare paratos nos fuisse, si legati Celsitudinis suae eius obligationis stabiliendae, quam in se vicissim beneficii gratitudine, Illustrissimus illorum Princeps recipere vellet, ac ea, quae ad Vassallum et beneficiarium Principem erga Dominum suum superiorem pertinent, recognoscendi integram haberent facultatem: quam quia negarunt sibi datum fuisse, nos promissa nostra tum esse expleturos, cum Illustrissimus Princeps Elector alios Legatos mitteret,

cum pleno de eiusmodi obligationibus firmandis mandato, quod tunc Celsitudini suae facere liceret, cum commode ex re sua esse arbitraretur. Nunc igitur, cum ad haec Regni frequentia Comitata, alios Legatos, cum integro mandato, ad eiusmodi obligationes stabiliendas, Celsitudo sua misisset et hoc ipsum denuo impensum a nobis postulasset; pro nostra in Celsitudinem suam prolixa benevolentia, ac pro ea summae necessitudinis coniunctione, quam cum Illustrissima Marchionum Familia, a Maioribus adhuc utrinque institutam, constanter observamus, facile in animum induximus, ut quod antea iam frequenti Senatu appromiseramus, Celsitudinem illius et eum qui perpetua ex illius legitima posteritate in Electoratum succederet, nunc iam ad successionem feudi Ducatus in Prussia admitteremus, quemadmodum hinc literis nostris in persona trium Oratorum admittimus, eidemque cum heredibus masculis, in Electoratum successuris, simultaneam, ut vocant investituram feudi Ducalis in Prussia, concedimus atque conferimus. In quo tamen pactis cum Illustrissimis Principibus, Domino Alberto, Duce in Prussia, Georgio Friderico et Casimiro, Marchionibus, olim initis et conventis, nihil penitus derogatum esse volumus. Quoniam vero idem Illustrissimus Princeps a nobis summe postulavit, ut alterum eius filium Illustriss. et Reverendissimum Dn. Sigismundum, Archiepiscopum Magdeburgensem, nepotem nostrum ex sore carissimum, ad hanc ipsam feudi Ducalis in Prussia successionem pro Regia nostra benignitate admitteremus, quam ita nos iam quidem prius ad seniore Illustrissimum Dominum Joannem Georgium, Electoratus Successorem eiusque omnes masculos heredes, qui in Electoratum loco et tempore suo successuri sunt, de communi Senatorum nostrorum omniumque Regni nostri Ordinum sententia restrinximus, ut eam nunc in vicem aut in commune Illustrissimo et Reverendissimo Domino Sigismundo, Archiepiscopo Magdeburgensi, concedere salvis iurium pactis neque possimus, neque debeamus: operam tamen in hoc nostram apud Senatum Regnique ordines interposuimus, ut is Princeps, qui ex clarissima sanguinis nostris propagine natus et eductus est, hac quoque Regni nostri praerogativa cohonestaretur. Quare de eiusdem Senatus, totiusque regni ordinum assensu, eidem Illustrissimo et Reverendissimo Domino Sigismundo, Archiepiscopo Magdeburgensi, ius et facultatem in feudum Ducatus Prussiae succedendi, harum literarum testimonio in persona eorundem trium Oratorum tribuimus atque conferimus, eo modo et ordine, sicut in pactis, eo nomine initis nominatus et descriptus est, Illustrissimo nempe Dn. Joanne Georgio, eiusque legitimis in Electoratu successoribus, sine masculis feudi heredibus decedentibus. Quoties autem se obtulerit eiusmodi casus devolutionis, de uno in alium, praedictos Marchiones et eorum legitimos feudi haeredes masculos; debent illi et quisque eorum debet, non prius feudum Ducatus in Prussia occupare, aut possessionem adire, quam nobis, successoribusque nostris Regibus Poloniae, in propria persona fidelitatis iuramentum, debitam subiectionem et feudi obligationem ac homagium praestent etc. etc. Ut autem huiusce nostri beneficii, ab iisdem Illustrissimis Dominis Marchionibus aliqua gratae voluntatis nunc et in posterum significatio nobis successoribusque nostris, et huic inclyto Regno extare possit, providere omni ope

debebunt et quisque eorum debebit, ut ne hostium exercitui per ditiones suas in terras Prussiae vel alia Dominia nostra transeundi potestatem faciant. Quod si vero eorum vim viribus et facultatibus suis sustinere non potuerint, de eo nos successoresque nostros et celeriter praemonere et fideliter praecavere debebunt. Regni item nostri rationes omnes favore suo prosequantur, atque apud S. Romanum Imperium, quoties id necessitas postulare, autoritate sua promovebunt, ac ea item omnia, que fideles Vasalli et Beneficarii Principes Domino suo superiori debent, fideliter implere atque amanter praestare tenebuntur. Nos autem vicissim illos et successores eorum legitimos feudi heredes, gratia et favore nostro Regio complecti pollicemur, idemque pro successoribus nostris Poloniae Regibus promittimus. In quorum omnium et singulorum praemissorum fidem firmissime et evidentius testimonium, praesentes manu nostra subscripsimus et sigillum maius nostrum infra est appensum. Datum Petricoviae in Conventu Regni nostri generali, tercia quinta post Dominicam Invocavit proxima in quadragesima, die vero quarta mensis Martii, Anno Domini millesimo quingentesimo Sexagesimo tertio, Regni nostri trigesimo quarto anno.

Sigismundus Augustus, Rex,
subscriptit.

König's Reichs-Archiv (B. V) Part. spec. Thl. III, S. 60 f. Nr. XXIX.

2609. Grenzreiß zwischen dem Kurfürsten Joachim II. und dem Herzog Heinrich von Braunschweig-Lüneburg d. J. wegen Klueden, Zöbbenitz und dem Par, vom 28. September 1564.

Zu wissen, als sich zwischen aller Schencken zu Flechtingen Vnterthanen vnd Einwohnern zu Klueden eines, dem Amte Calvorde Alvenschlebische vnd deselben Verwandten Bauers-Leuten zu Zöbbenitze anders theils allerhand nachbahrliche Irrungen, die Grentz vnd in derselbigen Holtzunge, Hut, Weide vnd Trifft, auch Pfandunge belangende, welche von beyden Partheyen mehr denn einmal an die hohe Obrigkeiten gebracht, erhalten, Dafs demnach dieselben durch den Durchl. Hochgebohrnen Fürsten vnd Herrn, Herrn Joachims, Marggrafen zu Brandenburg, des Heiligen Römischen Reichs Ertz-Cämmerer vnd Churfürst etc., vnd denn Heinrichen des Jüngerem, zu Braunschweig vnd Lüneburg Hertzogen, vnser gnädigsten vnd gnädigen Herren, dazu sonderliche verordnete Räte vnd Commissarien, nemlich als wegen hochermeldetes Churfürsten Levin von der Schulenburg, Hauptmann der Alten Marcke; Andreas von Lüderitz auf Welschleben, Heinrichen Goldbecken, Doctor vnd Hoffrathen, an statt Hochgedachtes Hertzogen Curdten von Schweicheldt, Erbmarschalck des Stiffts Hildensheim, Burkcharten